

Idem tamen sp̄s; & diuisiones ministeriorum s̄nt.
Idem autem dñs; & diuisiones operationum s̄nt.
Idem autem d̄s; qui operatur omnia in omnibus.
Diuisiones sunt munerum. non separationes tri-
nitatis. Denique idem est d̄s; qui operatur om-
nia in omnibus. ut scias quia non est discretio o-
perationis. inter d̄m patrem. & sp̄m sc̄m. quando
ea que operatur sp̄s; operatur & pater d̄s; qui
operatur omnia in omnibus. Nam cum opere-
tur omnia in omnibus pater. Alii tamen datur
per sp̄m sermo sapientię. Alii sermo scientię. se-
cundum eundem sp̄m. Alteri fides. in eodem sp̄u.
Alii curationum gratia. in uno sp̄u. Alii operatio
virtutum. Alii prophętia. Alii discretio spirituum.
Alii genera linguarum. Alii interpretatio ser-
monum. Hęc autem omnia. operatur vnus
atque idem sp̄s; diuidens singulis prout vult.
Non ergo dubium. quin ea que operatur pater.
operetur & sp̄s;. nec ex precepto sicut qui cor-
poraliter audit operatur. sed ut ex voluntate.
qui sui est liber arbitrii. non alienę famulus po-